



Mary Ward und ihre Gründung

Die Quellentexte bis 1645

Herausgegeben von Sr. Ursula Dirmeier CJ

CORPUS CATHOLICORUM
WERKE KATHOLISCHER SCHRIFTSTELLER
IM ZEITALTER DER GLAUBENSSPALTUNG **BAND 46**

Mary Ward und ihre Gründung

Die Quellentexte bis 1645

Band 2

Mary Ward und ihre Gründung

Die Quellentexte bis 1645

Herausgegeben von Sr. Ursula Dirmeier CJ

Band 1

Einleitung

- I. Die autobiographischen Fragmente
- II. Familiengeschichte (1472–1606)
- III. Klarissenzeit (1606–1609)
- IV. Die erste Gründung: Saint-Omer (1610–1616)
- V. Erste Ausbreitung: Lüttich, Köln, Trier (1616–1621)
- VI. Verhandlungen in Rom unter Papst Gregor XV. (1621–1623)

Band 2

- VII. Verhandlungen in Rom unter Papst Urban VIII. (1623–1626)
- VIII. Die Gründungen in München, Wien, Pressburg (1627–1628)
- IX. Die Verhandlungen bei der Propaganda-Kongregation (1628–1630)

Band 3

- X. Die Verhandlungen des Hl. Offiziums (1630–1631)
- XI. Der Zugriff der Inquisition (1631–1637)
- XII. Paris, Lüttich, England (1637–1645)
- XIII. Texte, die nicht sicher zugeordnet werden können

Band 4

- XIV. Die frühen Viten
- Register zu den Dokumenten
- Anhang:*
- Übersichten
- Genealogien
- Die Gefährtinnen
- Die Verschuldung in Lüttich
- Die Texte des Gemalten Lebens

Mary Ward und ihre Gründung

Die Quellentexte bis 1645

Herausgegeben von Sr. Ursula Dirmeier CJ

Band 2



ASCENDORFF VERLAG
MÜNSTER WESTFALEN 2007

CORPUS CATHOLICORUM

Werke katholischer Schriftsteller
im Zeitalter der Glaubensspaltung

Veröffentlichung der von Josef Greving begründeten
Gesellschaft zur Herausgabe des Corpus Catholicorum

Herausgegeben von
PETER WALTER

Band 46

© 2007 Aschendorff Verlag GmbH & Co. KG, Münster

Das Werk ist urheberrechtlich geschützt. Die dadurch begründeten Rechte, insbesondere die der Übersetzung, des Nachdrucks, der Entnahme von Abbildungen, der Funksendung, der Wiedergabe auf fotomechanischem oder ähnlichem Wege und der Speicherung in Datenverarbeitungsanlagen bleiben, auch bei nur auszugsweiser Verwertung, vorbehalten. Die Vergütungsansprüche des § 54, Abs. 2, UrhG, werden durch die Verwertungsgesellschaft Wort wahrgenommen.

Gesamtherstellung: Aschendorff Medien GmbH & Co. KG, Druckhaus Münster, 2007

Gedruckt auf säurefreiem, alterungsbeständigem Papier 

ISBN 978-3-402-03460-6

Inhaltsverzeichnis

VII. Verhandlungen in Rom unter Papst Urban VIII. (1623–1626)	1
VIII. Die Gründungen in München, Wien, Pressburg (1627–1628)	143
IX. Die Verhandlungen bei der Propaganda-Kongregation (1628–1630)	299

VII. Verhandlungen in Rom unter Papst Urban VIII. (1623–1626)

Nach dem Tod Papst Gregors XV. wurde in Löwen die Beicht- und Mitgiftfrage erneut aufgerollt (Dok. 485–488). Ab Oktober 1623 gingen die Englischen Fräulein in Lüttich zu den wallonischen Jesuiten zur Beichte. Ihre Gläubiger setzten ihnen derart zu, dass sie es nicht wagen konnten, das Haus zu verlassen. Deshalb erhielten sie die Erlaubnis, in ihrer Wohnung zu beichten, bis ihnen Kurfürst Ferdinand von Bayern am 5. März 1624 einen Schutzbrief ausstellte (Dok. 524), durch den sie als bischöflich anerkannte Religiösen galten.

Im November 1623 kehrte Mary Ward von Neapel nach Rom zurück. Im Januar 1624 brach sie zu einer Gründung nach Perugia auf und blieb dort bis zum Herbst. Am 23. Juli 1624 beschäftigte sich die Propaganda-Kongregation mit der Supplik des englischen Weltklerus gegen die Englischen Fräulein und entschied, die Gemeinschaft solle entweder die Klausur annehmen oder aufgehoben werden (Dok. 539).

Im Mai 1624 verstarb Susan Rookwood in Neapel, im September ihre jüngere Schwester Dorothy in Rom. Zwischen dem 20. und 25. Oktober ging Mary Ward zur ersten Audienz bei Papst Urban VIII. nach Frascati (vgl. Dok. 549). Sie legte dem Papst eine Supplik vor (Dok. 548). Einige Zeit später reichte sie einen überarbeiteten Institutsplan ein (Dok. 550). Wieder erbat sie die Bestätigung für England, Belgien und Deutschland für etwa hundert Mitglieder (Dok. 552). Anfang 1625 wurde eine Partikularkongregation eingesetzt, die sich bald gegen die Gemeinschaft aussprach. Mary Ward versuchte vergeblich, die Kardinäle umzustimmen. Am 11. April 1625 befahl der Papst der Kongregation der Bischöfe und Regularen die Aufhebung der Niederlassungen in Rom, Neapel und Perugia. Mary Ward befand sich im Mai/Juni zur Kur in San Casciano. Im Sommer scheint die Schule in Rom geschlossen worden zu sein. Im November mussten die Englischen Fräulein das Haus verlassen. Dieselbe Anordnung ging im Dezember nach Neapel und Perugia. In Perugia scheint sich die Gemeinschaft aufgelöst zu haben, in Neapel blieb zunächst alles beim Alten. Ab Februar/März 1626 hielt sich Mary Ward in Neapel auf und plante von dort eine Niederlassung in Catania. Im Juli war sie wieder in Rom, im August bemühte sich P. Vitelleschi, den Englischen Fräulein eine Stiftung für Neapel zu vermitteln.

476. Verrechnung

Rom, 1623 Juli 8

Die Auslagen für die Englischen Fräulein. (Ausschnitt)

Original: AGR Brüssel, PEA 459, f. 215v

Por la provision de las damas Inglesas de 4 meses ho dende el primero de Henero hasta l'ultimo de Abril 1623¹ a scudos dies cada mez scudi 40.–.

Padre Juan Battista Vives

1 Vgl. Dok. 451.

477. (Sekretär Charles de la Faille) an den Gesandten Juan Bautista Vives

Brüssel, 1623 Juli 15

Die Furcht des Gesandten vor den Anklagen der Englischen Fräulein ist unbegründet. (Ausschnitt)

Revidiertes Konzept: AGR Brüssel, PEA 459, f. 216v

Marginal: Al Protonotario Vives a 15 de Julio 1623

De^a las quejas de las Jesuiticas y otras sin fundamento bien sabe Vuestra Señoria come tan platico que los limpios no se dan pena dello^{a1}.

a-a gestrichen

1 Vgl. Dok. 451, 456, 458, 471. Im stark revidierten Konzept ist dieser Passus durchgestrichen. Wahrscheinlich wurde er in das heute verschollene Original nicht aufgenommen.

478. P. General Muzio Vitelleschi SJ an P. Rektor Henry Silisdon SJ

Rom, 1623 Juli 15

P. Tomson ist weiter zu überwachen. Klarstellung bezüglich der Weitergabe der Beschwerde der Englischen Fräulein an den Provinzialoberen. (Ausschnitt)

Revidiertes Konzept: ARSI Rom, Anglia 1/I, f. 175r

Marginal: Leodium. P. Henrico Silisdonio, Rectori Novitatus

De P. Tomsono meliora ego spero, non ideo tamen patiar omitti quae^a ad securiorem cautionem nuper praescripsi¹. [...]

Quam verum sit, quod V. R. scribit², ^bvirgines illas Anglicanas dicere se mihi quoad difficultates motas a Confessariis^c ob debita ipsarum, satisfecisse, perspicue patet ex iis quae rescripsi ad P. Provinciale 29 Aprilis,^d a quo quia^e nescio an ea^e istic cum R. V. aliisque patribus sint communicata, eorum^f exemplum^f hic subiiciam, ut secundum illa se dirigant: rescripti mei verba haec sunt: Ante^g aliquot dies petiit a me valde, enix[e] Domina Maria della Guardia ut curarem^g etc. ut supra 29 Aprilis ex epistola ad P. Provinciale³. Iuxta^h haec R. V. sua et aliorum patrum officiaⁱ dirigat.

Romae 15 Julii 1623

a, b unleserliche Streichung / c gestrichen: ipsi / d gestrichen: quos et ut / e-e übergeschrieben; gestrichen: si illa necdum / f-f übergeschrieben; gestrichen: eodem / g-g unterstrichen / h übergeschrieben; gestrichen: ad / i gestrichen: qua virg

1 Dok. 462

2 Der Brief blieb nicht erhalten.

3 An dieser Stelle sollte der Sekretär die Formulierung aus Dok. 455 einfügen.

479. P. Provinzial Richard Blount SJ an [einen Oberen der englischen Ordensprovinz]

(England), 1623 Juli 19

Vorschrift für das Verhalten der englischen Jesuiten den Englischen Fräulein gegenüber. (Ausschnitt)

Original: A. PRO, SP 16, f. 40v–41v; B. Brit. Mus. Add. Mss. 5506, p. 67

Druck: Foley, Records I, 128–129; Chambers E: II, 112; D: II, 97; Positio II, 1013–1014

Der Brief wurde zusammen mit anderen Papieren bei der Durchsuchung des Jesuiten-Residenz in Clerkenwell im März 1628 gefunden. Foley, Records I, 108, 113.

A. Dorsal von anderer Hand: Richard Man¹ as it seemeth Provincial of the Jesuits. Directions. Relief for the colleges of Saint Omers and Louvain.

Fourthly, that according to Scaevola's² expresse order, all be admonished not to meddle with anie thinge belonginge to the temporalls or Institute of Mistress Mary Ward or anie of her companie, and that in places where they reside, those only heare their confessions who by name shalbe designed for it by you and no others; and that none give them by word of mouth or send them in writinge

anie spirituall directions or instructions belonginge to their soule or conscience without the knowledge of the Superiour; and finally lett all endeavour not to meddle in their businesses³, and make the world know that the Society hath no more to doe with them then with all other penitents who resort unto them whereby I hope in a short tyme the manifold calumniationes, which for their cause and proceedings are layed upon us will have an end.

This 19th of July 1623

Yours ever and all,
Richard Man

1 Aliasname für P. Blount

2 Aliasname für P. Vitelleschi

3 Vgl. Dok. 374, 440, 455.

480. P. General Muzio Vitelleschi SJ an P. Rektor Henry Silisdon SJ

Rom, 1623 Juli 29

Stellungnahme zu der ihm angelasteten Begünstigung (der Englischen Fräulein). Freude über das Zeugnis einer Oberin dieser Gemeinschaft, dass ihrem Beichtvater kein Unrecht nachgesagt werden könne. (Ausschnitt)

Revidiertes Konzept: ARSI Rom, Anglia 1/I, ff. 175v–176r

Marginal: Leodium. P. Henrico Silisdonio Rectori Novitiatus

Redditae mihi sunt quas R. V. 23 Junii scripsit¹. Ad illa quae iisdem scribebat de Devotis illis virginibus^a quas tam multa de mea erga se benevolentia indulgentiaque sparsisse^b indicabat, hoc solum habeo quod dicam^c, ut in posterum magis litteris² meis quam illarum sermonibus^d in iis, quae pertinent ad meum de ipsarum negotiis iudicium credere velint; nam si quid diversum ab iis quae aut R. V.^e aut aliis coram dixi aut per litteras adhuc^f significavi a me statutum fuerit,^g (quod tamen credo non futurum) curabo ut eam consilii mutationem nostri istic primi intelligant. Quod quamdiu non fecero^h quaeso certo sibi omnes persuadeant vana omnia esse quaecumqueⁱ contra spargentur, de quibus si non amplius ad me scripserint (cum^j supervacaneum sit tam inanes rumusculos litteris persequi) rem mihi gratissimam facient.

Testimonium unius e superioribus dictarum Devotarum quo testatur nostrum sacerdotem qui earum confessiones^k audivit nihil unquam dixisse aut fecisse quod merito possit reprehendi libenter legi.³ Pergat deinceps cum ipse tum alii quibus ex praescripto Provincialis⁴ cum Devotis illis agendum erit ita se gerere ut non sit quod a quoquam merito possit reprehendi.

Romae 29 Julii 1623

a gestrichen: ac / b aus sparsece / c übergeschrieben; gestrichen: respondeam und übergeschrieben: ut rogam / d gestrichen: de meo ergo ipsas sit / e gestrichen: coram / f übergeschrieben / g unleserliche Streichung / h gestrichen: cer / i unleserliche Streichung / j gestrichen: sint omnia plena var / k gestrichen: hucusque

- 1 Der Brief blieb nicht erhalten.
- 2 Vgl. Dok. 478.
- 3 Vgl. dazu Dok. 455, falls die Englischen Fräulein gemeint sind.
- 4 Vgl. Dok. 374, 479.

481. P. General Muzio Vitelleschi SJ an P. Edward Alecamp SJ

Rom, 1623 Juli 29

Pater Tomson erhielt keine Befreiung der Briefzensur. Etwaige Versuche sind zu unterbinden. (Ausschnitt)

Revidiertes Konzept: ARSI Rom, Anglia 1/I, f. 176r

Marginal: Bruxellam. P. Odoardo Alacampi¹

A P. Joanne Tomsono valde miror talia spargi qualia R. V. indicavit, cum illa valde aliena sint ab iis quae ipsi coram commendavi^a et quae se accurate observaturum promisit.^b Sane quod attinet ad facultatem dandi accipiendive litteras sine facultate superiorum eam nunquam ego ipso concessi. Qua ne etiam in posterum utatur scribam ad P. Provincialem² ut si opus iudicarit etiam in virtute obedientiae eidem praescripiat ne^c quid in hoc genere sine expresso consensu superioris faciat. Interim^d R. V. moneat superiorem Domus Gandensis³ ut nullo modo patiaturs ipsum litteras a se non lectas accipere aut ad alios dare.
Romae 29 Julii 1623

a, b, c unleserliche Streichung / d gestrichen: dum

- 1 Edward Alecamp SJ, vere Atslow (1584–1646) trat 1608 in die Gesellschaft Jesu ein. 1614–1621 in Löwen, danach bis 1636 Socius des Provinzials. ARSI Rom, Anglia 10, ff. 6v, 33; Foley, Records I, 134 (Anm. 103); VI, 237; McCoog II, 206–207. Aus dem Anfang des vorliegenden Briefes geht hervor, dass er von P. Provinzial Blount mit der Visitation der englischen Häuser in Belgien beauftragt worden war.
- 2 Dok. 483
- 3 Vgl. Dok. 482.

482. P. General Muzio Vitelleschi SJ an P. Superior William Anderson SJ
Rom, 1623 Juli 29

Vorschrift zur Einsichtnahme in die Korrespondenz von P. John Tomson durch die Vorgesetzten und Verbot, ihm Kontakt zu den Englischen Fräulein zu erlauben. (Ausschnitt)

Revidiertes Konzept: ARSI Rom, Anglia 1/I, f. 176v
Marginal: Gandavum. P. Guilielmo Andersono¹ Superiori

De P. Joanne Tomsono monuerunt me quidam illum perinde ac si hoc ipsi a me concessum esset², litteras dare et accipere non lectas^a a superiore domus³ in qua commoratur. Quod etsi difficulter credere possim, cum nihil ipsi simile unquam a me fuerit concessum, tamen quia si aliud ab ipso fiat, ex eo non levia incommoda possent enasci, hisce R. V. moneo ut nullo modo patiatur eum litteras dare aut accipere, quas antea ipsa^b non legerit, nulloque modo permittat ut^c negotiis Virginum Anglicanarum ulla ratione se immisceat. Sed hac de re plura scribam et ad ipsum P. Tomsonum⁴ et ad Patrem Provinciale⁵. Interim a R. V. peto ut si quid diversum ab eo quod^d iam significavi a P. Tomsono fieri contigerit illud omni studio impediatur et me^e continuo de re tota certiore reddat.^f Sed^g nihil opus est ut P. Tomsono dicat hac de re quidquam a me scriptum esse.^g
Romae 29 Julii 1623

a gestrichen: a Superiori R. V. super ab immed / b gestrichen: aut / c gestrichen: ne / d unleserliche Streichung / e übergeschrieben; gestrichen: quod / f gestrichen: de quod reliquum / g-g eingefügt

- 1 William Anderson SJ (1588–1657) trat 1609 in die Gesellschaft Jesu ein. 1617 Socius von P. Tomson, 1618–1621/22 in Saint-Omer, danach bis Ende Oktober 1623 Superior in Gent. Nachdem er dort die feierliche Profess abgelegt hatte, wirkte er viele Jahre in der englischen Mission. Vgl. ARSI Rom, Anglia 10 und 11, passim; Anglia 13, f. 19v (Nr. 1), f. 26v; Germ. 7, ff. 82–83; McCoog II, 210–211.
- 2 Vgl. Dok. 481, 483.
- 3 Vgl. Regel 39 des Summarium Constitutionum, in: Institutum Societatis Jesu III, 8.
- 4 Dok. 489
- 5 Dok. 483

483. P. General Muzio Vitelleschi SJ an P. Provinzial Richard Blount SJ
Rom, 1623 Juli 29

Pater Tomson ist der unzensierte Briefwechsel mit den Englischen Fräulein kraft Gehorsams zu verbieten. Die diesbezügliche Weisung wird ihm persönlich mitgeteilt werden. Seine fortgesetzte Verbindung mit den Englischen Fräulein ist bedauerlich. Es soll darauf geachtet werden, dass er bei den Patres des Terziales nicht für sie wirbt. (Ausschnitt)

Revidiertes Konzept: ARSI Rom, Anglia 1/I, f. 177r

Marginal: P. Richardo Blondo Provinciali. Pater Thomsonus non scribat neque accipiat litteras nisi ostensas Superiore [sic] sub praecepto obedientiae

Ad cavenda incommoda quae merito timere possumus ex^a eo quod R. V. scribit P. Tomsonum adhuc clanculum negotia Devotarum illarum tractare atque ad easdem insciis superioribus litteras dare^b et ab iisdem recipere prohibeat ipsi^c etiam meo nomine in virtute sanctae^d obedientiae, si opus esse iudicari^e, ne in posterum litteras ullas det aut accipiat quae ante superiori ostensae non fuerint. Atque ut hoc minus moleste accipiat ego etiam ad eundem^f de eadem re scribam¹ et ostendam nunquam^g facultatem dandi accipiendique litteras^h insciis superioribus ipsi a me concessum fuisse. Porro quod metuit ne Patribus quos in tertia probationeⁱ instruendos habiturus est nimiam erga devotas illas propensionem instillet, V. R. curet ut per superiorem Gandensem aliosque idoneos patres huic rei attendatur, et si quid deprehensum fuerit, remedio continuo adhibeat meque moneat.

Romae 19 Julii 1623

a gestrichen: clandestina / b, c unleserliche Streichung / d übergeschrieben / e, f, g unleserliche Streichung / h übergeschrieben / i gestrichen: inform

1 Dok. 489

484. Barbara Babthorpe an Nuntius Pietro Francesco Montoro

Lüttich, 1623 August 2

Dank an den scheidenden Nuntius für seine erwiesenen Dienste. Die Schuldenlast der Gemeinschaft in Lüttich und mögliche Hilfeleistung. Bitte um Empfehlung bei P. Hyazinth OFMCap in Spa zur Weiterleitung an den Herzog von Bayern und andere Fürsten in Deutschland.

Original: AV, Arch. Patrizi-Montoro, A 266, Lett. D, s. f.

Druck: Positio II, 781–782

Illustrissime et Reverendissime Domine.

Anxia nimis pro discessu Illustrissimae Dominationae Vestrae et eo maxime quod ego non possim in persona propria ad Illustrissimam Suam Dominationem accedere propter causas satis notas: gratias tamen ipsi agam, quam potero, maximas pro tot et tam multis in nos et Societatem nostram collatis beneficiis, et sperans omnino, quod Illustrissima Sua Gratia perseverabit praesequendo nos charitatis officiis, uti hactenus^a fecit, illam volui certiore reddere omnimodo e nostris debitis, propter quae maximas difficultates patimur; ex quibus

extinximus ad 21131 millia¹ florenorum brabantium per desertionem Domus nostrae in Monte Petroso existentis^b, donec aliunde Deus provideret nobis: nostrae autem difficultates tam magnae sunt, propterea quod non repereamus quenquam in his partibus qui nos iuvet; quod si quis esset, qui nos vellet iuvare duobus aut tres ad minimum florenorum millibus, facile possemus sedare animos creditorum nostrorum, ita vero extinximus (Deo iuvante) debita nostra, ut ex maiori Summa restent solummodo 35770, quae Summa ascendit^c ad 12 millia Regionum Imperialium thalerorum²; et singulis annis extinximus bis mille vel circiter florenorum brabantium ita ut nihilum creverint debita³; ex quo discessit Generalis Mater nostra in Italiam; sed semper fuerunt imminuta, et de his volui moneri Illustrissimam Dominationem Vestram, quia ubi ad nos relatum est, informata est Illustrissima Dominatio Vestra, quod maiora debita nostra quam revera sint. Et uti expertae fuimus, Illustrissimam Dominationem Vestram in Societatem nostram supra modum charitativam et maxime erga nos affectam, ausae fuimus, suam erga nos humanitatem confisre^d, illam adhuc hac prece importunare, ut dignaretur scribere unum verbum Reverendo Patri Hiacintho Capucino⁴ in Spadanis aquis agenti, qui commendare dignetur nostris necessitatibus Duci Bavariae et aliis a Principibus Germaniae⁵ et apud quos maxima pollet auctoritate, et sic spero quod Illustrissima Vestra Gratia plurimum proderit Societati nostrae; multumque iuvabit et sublevabit calamitates nostras, et nos pro Suis in nos collatis officiis et charitate praestita, non desinemus preces ad Deum fundere pro felici Illustrissimae Gratiae Vestrae statu et incolumi vita, quam Deus ad multos provebat annos et sanctorum sedibus postea collocet, exitum denique ut efficiamur. Humillime osculantes Illustrissimae Gratiae Vestrae manus felicemque reditum incessanter exoptantes, permanebimus in aeternum Illustrissimae Vestrae Gratiae

Servae in Christo Jesu humillimae

Barbara Babthorpe

Ex nostro Collegio apud Sanctum Martinum, 2 Aug. 1623

a Ms: hactinus / b Ms: existente / c Ms: assendit / d Lesart unklar

- 1 Es handelt sich wohl um eine Verschreibung. Nach P. Tomson (Dok. 992) beliefen sich die Schulden, die Sackville den Englischen Fräulein hinterließ, auf 20.000 Guden.
- 2 Vgl. Dok. 381.
- 3 Anders im Beichtcasus Dok. 387
- 4 Giacinto da Casale OFMCap (1575–1627) trat 1600 in den Kapuzinerorden ein. Als Prediger und Diplomat war er in Italien und Deutschland tätig. Im Auftrag Gregors XV. hatte er großen Anteil an der Kurübertragung auf Maximilian von Bayern. Albrecht, Gregor XV.; Catholicisme V, 1120–1121; LThK³ V, 349; Jaitner, Hauptinstruktionen, 260–268.
- 5 Kurfürst Ferdinand von Köln hatte den englischen Jesuiten in Lüttich 1618 5000 Gulden gestiftet. 1620 waren es 1300 Gulden. Guilday, Refugees, 152.

485. Beichtcasus: Stellungnahme der Patres Southwell und Crathorn SJ

Löwen, 1623 August 3

1. Die Englischen Fräulein dürfen, da so wenig Hoffnung auf die Bestätigung ihres Institutes besteht, keine weiteren Schulden machen, es sei denn, ein Gläubiger wäre angesichts ihrer Notlage geneigt, ihnen ein weiteres Darlehen zu gewähren.
2. Die Hausoberinnen dürfen auch auf Befehl ihrer höchsten Vorgesetzten keine weiteren Schulden machen, es sei denn, kundige Berater hätten ihre Zustimmung gegeben.
3. Der Beichtvater soll sie zunächst ermahnen und erst, wenn sie nicht gehorchen wollen, ihnen die Lossprechung verweigern, außer andere Berater hätten einer entgegengesetzten Auffassung zugestimmt.

Original: Stonyhurst College, A I. 40, Nr. 13, pp. 85–86

Auf pp. 83–85 befindet sich eine Abschrift der Darstellung des Falles, sowie der Stellungnahme von Lessius (Dok. 387AB), jedoch ohne die Unterschriften der Patres de Coninck und Wading. Auf eine erneute Wiedergabe dieses Textes wird hier verzichtet. Er wurde Anfang August 1623 einigen Theologieprofessoren des Englischen Kollegs in Löwen vorgelegt. Den Auftrag dazu erteilte der dortige Rektor (vgl. Dok. 487). Anlass war der Tod Papst Gregors XV. am 8. Juli, der inzwischen in Belgien bekannt geworden war.

Supposita veritate praedictae narrationis et praesertim quod tam parva sit spes confirmationis praedicti instituti, etiam facta novi Pontificis creatione;

Respondeo ad 1^{um}: non posse illas virgines pecunias mutuo vel ad cenum accipere, cum id videatur fieri non posse sine gravi creditorum deceptione, et certo fere damno; nisi quatenus iidem creditores cognita iam earum inopia in periculum illud damni hic consentire viderentur.

Ad 2^{um} Respondeo: Superiores domorum et officiales praecipuas non posse accipere ad creditum fretas illo praecipuae Superioris verbo, nisi ipsis in se constet viros doctos id revera asserere. Quia nec Superioris dignitas per se faciat praxin esse probabilem, ut recte docet Pater Vasquez 1. 2. dis. 62. n^o 33¹, nec unius aut alterius faeminae assereratio in re tam gravi et periculosa contra tot prudentes rerum aestimatores sufficere possit. Juniores^a vero et officiales quae tantum exequuntur excusari possunt, partim quia ignorant nec tenentur omnia examinare, partim quia videntur tantum cooperari remote, quod facere possunt, ne alius graves incurrant in resistendo his Superioribus difficultates iuxta doctrinam Patris Sanchez lib. 1^o in decret. cap. 7².

Ad 3^{um} Respondeo: Cum confessarius haec omnia tamquam publice notoria intelligat debere Superiores istas monere, et nisi obtemperent absolutionem negare, nisi constat alios viros contrarium asserere; tunc enim absolvendae sunt ut recte Pater Vasquez 1. 2. dis. 62 cap. 7³.

Ita sentio salvo meliori iudicio Thomas Southwellus⁴ Societatis Jesu Sacrae Theologiae Professor. Lovanii in collegio nostro Anglicano 3^o Augusti 1623

[Von anderer Hand:]

Idem sentio Joannes Crathornus⁵ Societatis Jesu Sacrae Theologiae Professor. Loco et die, ut supra.

a gestrichen: et

- 1 Gabriel Vazquez SJ, Commentariorum ac disputationum in primam secundae sancti Thomae I, disp. 62 cap. VI, Nr. 33, Lugduni 1631, 297b.
- 2 Die Stelle konnte bei Thomas Sanchez nicht aufgefunden werden.
- 3 Vazquez, a. a. O., cap. VII, 298ab.
- 4 Thomas Southwell, vere Bacon SJ (1592–1637) trat 1613 in die Gesellschaft Jesu ein. Er wirkte 1621–1623 in Löwen, danach bis 1634 in Lüttich. Foley, Records V, 520–521; VI, 259; Sommervogel I, 755; McCoog II, 484.
- 5 John Crathorn SJ (ca. 1591–1656) aus Yorkshire trat 1611 in die Gesellschaft Jesu ein. Er war 1623 in Löwen, danach bis 1631 in Lüttich, später mehrere Jahre in England. McCoog II, 279.

486. Mitgift-Frage: Stellungnahme der Patres Southwell und Crathorn SJ

Löwen, 1623 August 3

1. Ohne Vorwissen der Eltern dürfen die Englischen Fräulein ihre Mitgiften nicht verbrauchen.
2. So lange die Gefahr des Verlustes ihrer Mitgift besteht, dürfen Novizen keine Gelübde ablegen.
3. Die bereits abgelegten Gelübde erlöschen nicht, denn es sind keine Ordensgelübde im Sinn des angegebenen Textes.
4. Der Zivilkontrakt ist gültig, kann aber unter bestimmten Umständen seine Verpflichtung verlieren.

Original: Stonyhurst College, A I. 40, Nr. 16, p. 97

Auf pp. 95 und 97 befinden sich die Darstellung der Mitgiftfrage und deren Beantwortung durch Lessius, die als Dok. 388 abgedruckt sind.

Ad 1^{um} Respondeo: non posse virgines istas dotem suam consumere ignaris parentibus, quia rationabiliter ad hoc sunt inviti, ob periculum magnum ne filiae ad ipsomet recidant.

Ad 2^{um} respondeo non posse induci ad se incorporandum, si sit periculum ne dos parentibus insciis amittatur, quamdiu sunt in tanta penuria.

Ad 3^{um} respondeo in capitulo periculoso¹ de Statu Religioso in 6^o non annullari earum vota, cum non sint Religiosae.

Ad 4^{um} respondeo contractum illum videri validum, posse tamen ex mutatione circumstantiarum cessare eius obligationem.

Ita sentio salvo meliori iudicio Thomas Southwellus Societatis Jesu Sacrae Theologiae Professor. Lovanii in collegio nostro Anglicano 3° Augusti 1623

[Von anderer Hand:]

Idem sentio Joannes Crathornus Societatis Jesu Sacrae Theologiae Professor. Loco et die ut supra.

1 Vgl. Dok. 388, Anm. 2.

487. Beichtcasus und Mitgift-Frage: Stellungnahme von P. Morley SJ
(Löwen, 1623 August 3)

Geht davon aus, dass auch eine Gemeinschaft in extremer Notlage Kredit aufnehmen darf, dass diese Notlage ferner entweder überwunden wird oder zur Auflösung der Gemeinschaft führt, dass die Schulden so akkumulieren können, dass die Lage aussichtslos wird, dass schließlich das Urteil der zuständigen Autoritäten von den Englischen Fräulein anzunehmen ist, die entweder die Bestätigung ablehnen oder die Gemeinschaft ohne Bestätigung weiterbestehen lassen.

Das Urteil darüber, ob Hoffnung auf Bestätigung besteht, ist unabhängigen Sachverständigen zu überlassen. Ohne Bestätigung hängt die Fortdauer der Gemeinschaft außerdem davon ab, ob eine fruchtbare Tätigkeit weiter möglich bleibt. Bis zur Entscheidung dieser Fragen können die Englischen Fräulein fortfahren wie bisher.

Der Beichtvater soll zu größter Einschränkung der Ausgaben raten und, wenn die Lage erdrückend wird, das Urteil über den Fortbestand der Gemeinschaft von zuständigen Schiedsrichtern einholen, selbst aber die Lossprechung nicht leichtsin verweigern. Die Jesuiten sollen nicht eigenständig über den Fortbestand der Gemeinschaft entscheiden. Die Englischen Fräulein sind nicht verpflichtet, ein entscheidendes Urteil herbeizuführen. Wenn keine Einigung zustande kommt, kann sich der Beichtvater von der Abnahme der Beichte zurückziehen.

Die Mitgift von Minderjährigen kann nur eingebracht werden, wenn die Eltern –, von Volljährigen, wenn diese selbst über die Gefahr des Verlustes unterrichtet sind. Volljährige können zu den Gelübden zugelassen werden, wenn sie sich der Gefahr bewusst sind. Der Zivilkontrakt ist gültig für die, welche ihn unter voller Kenntnis der Lage eingegangen sind. Er wird hinfällig, wenn daraus Gefahr für die Seelen entsteht.

Original: Stonyhurst College, A I. 40, Nr. 15, pp. 91–93
Druck: Positio II, 996–999

Die Handschrift ist nicht datiert, dürfte aber ebenfalls am 3. August 1623 abgefasst worden sein. Als Vorlage für das Gutachten dienten offensichtlich die beiden Fallbeschreibungen und die entsprechenden Stellungnahmen von P. Lessius, Dok. 387 und 388.

Reverende in Christo Pater¹ etc.

Expetiit R. V. hisce diebus per Reverendum Patrem Rectorem nostrum² solutionem cuiusdam casus non minus intricati quam gravis quique propterea maioris

auctoritatis quam sit meum requirat iudicium, ne tamen Obedientiae minus videar satisfecisse meum qualequale subiiciam. Quod ut faciam suppono 1° ut in personae cuiuspiam extrema necessitate licet mutuum accipere absque [spe]^a solvendi; sic etiam licere in Communitatis alicuius necessitate extrema, qualem esse virginum istarum ut communitatem constituentium, ex casu proposito concipio. Suppono 2° necessitatem extremam personae finiri ut recuperatis facultatibus aut alia quapiam via non absimili sic etiam ipsa morte, adeoque necessitatem parem Communitatis Virginum istarum terminandam aliquando sinon facultatibus acquisitis at certe desperatione Confirmationis expectatae perinde se habentis quoad Virginum istarum Congregationem, atque se habet mors naturalis quoad personam. Quod si Confirmatione desperata dicunt se adhuc posse Communitatem suam retinere. Suppono 3° debita contracta eo tandem assurgere posse ut Communitatis cum fructu et aedificatione conservandae (quem finem spectat necessario omnis pia congregatio) in posterum omnimodam inducere possint desperationem. Suppono tandem 4° iudicium desperatae Confirmationis ut etiam absque Confirmatione retinendae Communitatis aliquando ferendum esse ab idoneis in hunc finem delectis aut Ecclesiae auctoritate constitutis et esse necessario ab istis Virginibus acceptandum et executioni mandandum: iudicium desperatae Confirmationis ab iis qui Romae degunt et praesentes intuentur quid inibi fiat, quid expectari possit, iudicium desperatae Communitatis retinendae ab isthic degentibus et simul intelligentibus ut rerum Anglicanarum statum sic vel maxime ipsarum Virginum tum in Anglia tum extra Anglia.

Ex his ad 1^m. Si iudicium pendeat ab Instituti Confirmatione, vel haec est omnino desperata utque talis idonee iudicata vel non est. Si 1^m non possunt mutuum accipere sed tenentur Congregationem suam dissolvere: Si 2^m possunt mutuum adhuc accipere. Dixi desperationem Confessarii debere idonee iudicari non enim existimo posse multo minus teneri suo iudicio in re gravissima tali Congregationi valde nociva Superiores uti, sed posse et debere iudicio aliorum idoneo in hunc finem permittere totam hanc rem et usque dum illud feratur posse ut hactenus pergere. Sin autem iudicium sit ferendum considerata spe Communitatis retinendae (quod ego magis existimarem nisi forte hinc incipere possit speratae adhuc Confirmationi notabiliter officere) vel existit omnimoda desperatio Communitatis cum fructu et aedificatione conservandae^b et de hac desperatione est latum iudicium idoneum ad aequivalenter est extincta Communitas, vel non existit haec desperatio et iudicium: Si 1^m non possunt amplius mutuum accipere quia neque est spes refundendi, neque est necessitas^c extrema Communitatis quippe quae aequivalenter est extincta. Si 2^m dicatur possunt adhuc tuta conscientia mutuum accipere.

Ad 2^m dico tam Superiores quam inferiores posse ut hactenus tuta conscientia pergere donec iudicetur^d idonee desperata Confirmatio obtinenda, aut Congregatio cum fructu et aedificatione conservanda.

Ad 3^m Confessarius tenetur illas monere ut ab expensis non absolute necessariis abstineant, et si res ad extrema ipsi prudenter considerant videntur redactae ut mature prospiciant remque idoneis arbitris permittant eorum iudicium sequutur. Non tamen existimo eum posse absolutionem negare nisi praemisso iudicio rei dictae, aut eo iudicio post monitionem reiecto quoniam res ut dixi est gravissima idcirco maiorem aliquam auctoritatem quam sit solius Confessarii requirit. Ad 1^m nostros non videri in hac re idonee iudicatuos utpote de quorum periculo agitur. 2^m mihi non omnino est perspectum Virgines teneri praedictum iudicium utpote re ipsis odiosa requirere;^c possunt forte ab ecclesiastica potestate constituendum expectare. Nostrum sinon teneatur saltem prudenter posse ab earum confessionibus audiendis desistere, quippe qui non habent eandem causam necessitatis exponendi se et suos periculo quam habent illae.

Ad Casus incidentes

Ut respondeam adverto Virgines denuo accedentes esse duplicis conditionis; nimirum alias adhuc esse sub parentum iure, alias sui esse iuris.

Ad 1^m quoniam in hac re subest periculum non solum fortunis verumetiam personis existimarem insinuando periculum Virginibus existentibus sui iuris, parentibus illarum quae sui iuris non sunt.

Ad 2^m si inducendae ad vota sint iuris sui et periculi dotis amittendae fuerint consciae induci possunt; si non fuerint iuris sui periculum est parentibus intinandum.

Ad 3^m circa Caput periculoso idem existimo quod Reverendus Pater Lessius³.

Ad 4^m: Contractus de quo ibi si fuerit initus praevia sufficiente notitia difficultatum in quibus versatur Communitas obligare potest quoad amissionem dotis et in Communitate manendum absente periculo animae praesente, non absente nequit obligare quia factus non in detrimentum sed in bonum spirituale Contrahentis.

Ita sentio salvo meliori iudicio

Georgius Morley⁴ Societatis Jesu
Sacrae Theologiae Professor.

a schadhafte Stelle / b gestrichen: ad / c aus necessitatis / d schadhafte Stelle / e gestrichen: sed

1 Wohl P. Blount oder P. Silisdon.

2 Owen Shelley SJ (ca. 1585–1666), 1622/23 Rektor in Löwen, 1624–1626 dasselbe in Lüttich, danach in der englischen Mission. McCoog II, 474.

3 In Dok. 388.

4 George Morley SJ (ca. 1585–1664), wirkte von 1613 bis 1623 als Theologieprofessor in Löwen, ab 1625 in der englischen Mission. Sommervogel V, 1326–1327; Foley, Records VII, 524–525; McCoog II, 411.

488. Beichtcasus und Mitgift-Frage: Stellungnahme von P. White SJ

Löwen, 1623 August 3

Ad 1: Die Englischen Fräulein dürfen Darlehen zum Lebensunterhalt aufnehmen, wenn sie zugleich alle Mühe aufwenden, ihre Schulden zurückzuzahlen. Denn:

- 1. Auch einer Familie ist es erlaubt, in großer Not Geld aufzunehmen, selbst wenn nur wenig Hoffnung auf Rückzahlung besteht. Allerdings muss die Absicht dazu vorhanden sein.*
- 2. Die Auflösung der Gemeinschaft wäre ein Betrug an den Gläubigern. Diese hätten dann keine Aussicht mehr auf die Wiedergewinnung ihrer Darlehen. Für sie ist es besser zu warten, als sich bei der Verteilung des Besitzes mit einem kleinen Teil zu begnügen.*
- 3. Die Englischen Fräulein haben guten Glaubens gehandelt. Durch die Umstände wurden sie in Schulden gebracht. Aber die Aufhebung ihrer Gemeinschaft wäre ein weitaus größeres Übel als die Aufnahme weiterer Darlehen.*
- 4. Auch verschuldete Fürsten nehmen immer wieder Geld auf, um zum Beispiel zur Wahrung ihrer Würde Almosen spenden zu können.*
- 5. Die Häuser der Jesuiten sind ebenfalls schwer verschuldet und der Orden wird die Darlehen nicht so bald zurückzahlen können. Das Aufgeben des Apostolates wäre jedoch ein größerer Schaden für die Seelen als die Aufnahme von Geldern, zumal man bei der Errichtung eines neuen Werkes auf die Vorsehung Gottes vertrauen kann.*
- 6. Die Entscheidung des neuen Papstes soll abgewartet werden. Die Prüfung dieser neuartigen Lebensweise für Frauen wird, wenn sie keine Abstriche machen, lange dauern. Wenn sie die Bestätigung erhalten, werden sie ihre schwierige Lage bessern können.*

Ad 2. Die Untergebenen sollen sich im Gehorsam an ihre kluge Vorgesetzte halten, die sich gut beraten ließ.

Ad 3. Der Beichtvater soll ihnen die Lossprechung nicht verweigern, sie aber verpflichten, nur sehr umsichtig und äußerst sparsam neue Darlehen aufzunehmen.

Die Mitgiften:

- 1. Volljährige Novizen sollen vor der Gefahr gewarnt werden, der sie ihre Mitgift aussetzen. Sie sind frei, die Gemeinschaft zu verlassen. Bei den Minderjährigen sollen die Eltern in Kenntnis gesetzt werden. Ratsam wäre es, zwar die Mitgiften anzunehmen, aber weder das Kapital noch dessen Zinsen zu gebrauchen.*
- 2. Eine volljährige Novizin, von der Gefahr in Kenntnis gesetzt, kann ihre Mitgift der Gemeinschaft überlassen, auch wenn diese dann aufgebraucht wird. Wenn eine Minderjährige eintreten will, darf ihre Mitgift nicht angegriffen werden.*

Ad 3. Wie Lessius

Ad 4. Der Zivilvertrag ist gültig, denn er besitzt verpflichtende Kraft und ist erforderlich zur Festigung der Gemeinschaft. Bei triftigen Gründen können sowohl die Gelübde wie auch der Zivilvertrag gelöst werden.

Original: Stonyhurst College, A I. 40, Nr. 17, pp. 99–100

Druck: Positio II, 1001–1007

Als Vorlage für das Gutachten dienten offensichtlich die beiden Fallbeschreibungen und die entsprechenden Stellungnahmen von P. Lessius, Dok. 387 und 388.

Ad 1^m. Possunt tuta conscientia dictae Virgines adhuc nova debita contrahere cum moderamine debitae circumspectionis tantum ad usus pernecessarios Communitatis ne intereat, et interim omni ope^a satagere ut viam ineant prudentum consilio se ab his suis debitis expediendi. Neque enim dum haec honesto animo agunt aut in mora esse aut fraude Creditoribus existimabuntur aut desinent esse pia et Ecclesiae multipliciter profutura Societas.

1° quia in extrema aut vehementer gravi unius familiae saecularis aut personae necessitate licitum est facere aes alienum: quanti ad vitam imo ad honorem tuendum est necessarium etiam sine magna probabilitate reddendi honesto tamen animo et voluntate conandi quamprimum ad solvendum nec absque aliqua spe id faciendi et res suas in meliorem statum reponendi. Neque enim possunt Creditores (cum simili fortuna non conflictantes) esse rationabiliter invitati: licet ignor[ent] periculum suae pecuniae, cum iisdem eodem in loco constitutis idem etiam vicissim liceat. Quanto magis hoc erit licitum Communitati Virginum Deo dicatae quae est persona sacra et publica cum promisso confirmationis a Sede Apostolica¹ tanquam enata ad Ecclesiae evidentem utilitatem, in Nuntiorum fidem commendata. Cuius proinde causa est favorabilis ut plurimum pia et Ecclesiae necessaria.

2° cum harum Virginum separatio et dissolutio singulis ad sua redeuntibus coniuncta sit cum manifesta fraude et tantum non eversione Creditorum, ac evidenti amicorum periculo; dum his tum tempestas popularis audaciae tanquam eadem causa implicitis impendet; illis vero, actio omnis et spes interit cum ipsa Communitate quae solvitur; fit omnino non solum ut possint sed etiam in conscientia debeant tueri incolumem suam associationem etiam circumspecte ad necessaria tantum novis debitis contractis. Nam quod se solvere et Cessionis beneficio uti possint aut mutatis superioribus reddi securae in foro exteriori quasi denuo novae communitatis fundamenta iacentes, forte sine scandalo aliquo aut fraudis infamia non^b fiet. Et credibile est malle Creditores expectare quam tantillas reculas ipsarum pro tanta pecunia sumere.

3° quia cum bona fide (ut omnino creditur) et probabilitate, pro mulierum capto, satis forte in prudenti rerum comparatione fundata: se his debitis implicuerint, neque fraus causam his debitis dederit; licet exinde circumactis rerum circumstantiis postea iam difficultatibus se obsessas videant et a spei illa affluentia et amicis se desertas atque destitutas: neque erit quare ex eventu minus secundo, aut imprudentiae, aut fraudis nota, cum scandalo quod non est nisi acceptum, ipsis aspergatur: aut imponatur eis necessitas se separandi, potius quam aliqua debita necessaria faciant²; cum tanta imminutione famae, communitatis interitu, Ecclesiae scandalo, perfectionis iactura, animaeque periculo, et indigna prophanatione Virginum a religionis fere sanctitate ad saeculum et nuptias versantium.

4° quia possunt respondere, et Principes aeri alieno immersi, ultra possibilitatem ad plurimos annos solvendi, sed non obstantibus, licite aliquas permagnas

eleemosinas facere pro decentia status sui, ut graves theologi definiunt. Possunt igitur Virgines hae, nexus illos necessarios aeris alieni etiam facere, cum non minus damni ex non solutione redundet in Creditorem, quando debitor aut bona ipsius actionem non admittunt, quam ex novi debiti contractione.

5° quia, ut constat, immenso aere alieno opprimuntur, non pauca ex nostris domicilia; quibus non adest in promptu se expediendi possibilitas, si quaeratur. Immo inspecto rerum praesenti statu et conditione certum est, se media non habere, unde solvant: et vero, praeterquam in sola Dei providentia, quae suos non destituit, vix spei^c quicquam est super: et nihilominus non cessant cumulare nova debita, ne cogantur foedo cum scandalo omnia dissipare, et fraudem creditoribus facere³. Neque refert quod Reverendus admodum Pater noster Generalis forse in partem contractus veniat et auctoritatem suam interponat spondeatque se, quando alia solvendo non essent, ex bonis liberis soluturum: Etenim haec bona libera paria non sunt, centesimae parti huiusmodi debitorum: et bona unius collegii transferri non possunt aut obligari etiam a Patre nostro pro aliis. Solum igitur providentia Dei et pia industria est cui nitimur, non ignari violentiae. Creditores etiam in Societatis initiis: ex quibus Dei ope tandem emersimus. Quare igitur hoc ipsum his Virginibus non licebit et facere et sperare maxime. Si ipsae sentiant vocationem hanc a Deo esse et alii periti duces animarum ex bono vitae odore et discernendorum Spirituum regulis ita probabiliter censeant? Etenim Deus amator operis sui tantae rei initia neque permittet veris imprudentiae et iniustitiae maculis statim corrumpi aut defectu rerum temporalium extingui. Ex quibus forte a^d novis iniquis rerum aestimatoribus magis^e petenda est huius solutio quaestionis et possibilitas aut spes suum cuique cum tempore reddendi quam ab ullo alio argumento.

6° quia cum confirmatio instituti^f harum Virginum statum quaestionis mutaret, ut in casu proposito dicitur, erit omnino expectandum quod a novo Pontifice fiet: maxime cum nonnemo ex Cardinalibus causae confirmationis satis studuerit qui forte poterit Pontifex illam perficere neque vero est confirmationis gratia id rerum genus, quod cito solet absolvi, maxime cum de faeminis agitur, et^g his sine clausura religionem profiteri volentibus, sed probatio aliqua requiritur magis diuturna quam iam capta est sub Apostolicae Sedis conspectu⁴; et postea maiore cum dignitate ad concessionem gratiae procedatur. Accedit quod non credatur difficile obtinere confirmationem si velint aliquid clausurae admittere et pauca alia moderari in instituto, et componere ad communem morem religiosarum. Quod cum sit situm in potestate ipsarum etiam confirmatio sita erit; et consequenter etiam spes et possibilitas se debitis suis liberandi: nec vero id facere statim videntur quia adhuc forte putant esse a Dei voluntate, ut quaerant instituti prius oblata confirmationem. Et haec ad primum punctum.

Respondeo ad 2: Non tenentur inferiores examinare aut vocare in quaestionem iustitiam casus propositi, sed potius debent fidem Superiori suae habere affirmanti se rem omnem viris doctis proposuisse et ex ipsorum consilio responde-

re. Neque enim aequum est, ut inferior dubitet^h aut de integritate superioris, qua velit, autⁱ deⁱ prudentia, qua possit casus proponere: sed potest in ipsius auctoritatem secunda recumbere maxime cum praedita sit insigni morum probitate et pietatis opinionem cum pruden[tiae]^j laude apud plerosque omnes tueatur. Quod vero credatur casum diminute proposuisse: si id fecerit in hoc vehementer errasse censenda est: sed nisi hoc inferiori constet temeritas fo[ret]^k ita iudicare. Neque vero si res videatur difficilior quam quod possit a quopiam docto appellari: cogitandum est res morales magnam habere latitudinem: nec de illis nisi omnibus [rec]te^l pensatis circumstantiis^m iudicium ferriⁿ in quo insolens^o fere est omnes convenire. Hoc p[roin]de^p omnibus absque discrimine infra supremam omnium moderatricem verum existimo. Dein[de] supra expendimus quae creduntur a Matre fuisse omissa in casu proponendo.

Respondeo ad 3: Duo hic sunt consideranda: primum est scandalum si confessarius ipsas ad Sacramenta admittat, secundum est status an vere sint capaces absolutionis si velint ulterius nova debita contrahere; quod attinet ad scandalum quasi essent publicae violatrices iustitiae adeoque quae dignae sint quae censuris Ecclesiae ad officium cogantur. Respondeo esse potius acceptum quam datum et merito contemni posse. Quod attinet ad secundum pertinere ad officium confessarii ut oneret conscientias Superiorum ne ulterius ad creditum accipiant nisi in quantitate praecise necessaria ad tuendam incolumitatem communitatis ne pereat caute et circumspecte et quam oportune solvere voluerint.

Ad Casus incidentes.

Respondeo ad 1. Virgines quae se offerunt aut sunt sui iuris: aut sub parentum potestate. Censeo virgines quantum sui iuris monendas esse et faciendas certiores de inopia huius ordinis et periculo cui dotem exponunt, si liberae dispositioni ordinis relinquantur: Hoc idem faciendum existimo pa[ren]tibus^q aliarum Virginum quae nondum sunt suae potestatis: alias enim impenderet periculum n[e]c^r consumpta dote aut Creditoribus impensa: ipsae aliquando remitti possent ad certum parentum grav[amen]^s aut pudicitiae^t discrimini obiiciendae metum. Consultissimum igitur foret neque dotes (etiam periculi monitis parentibus aut virginibus) tradi: neque vero fructus tantum illius pro vita virginis ordini cessuros. Sed duci dotem ad censum ad bonum ordinis perpetuum cum obligatione civili ut si aliquando redimi hunc censum contingat Virgine superstite, pecunia ipsa alienari non possit sed iterum debeat elocari etc.

Respondeo ad 2. Respondeo posse constituta extra aleam dote antequam professionem illam suam emittat; et licet moneatur periculi de dote amittenda et aquirenda creditori ut omnino moneri debet et ex aequitate id[e]m^u velit se ex amore paupertatis se in Dei manus obiicere, non est quare non possit emittere professionem si sui iuris sit. Si vero non sit parentes debent certiores fieri de periculi magnitudine. Quod si omittatur et virgo pergat vota emittere: fit ipso facto extra parentum potestatem neque in conscientia licet eam dote multare;

sed providere illius indemnitati quantum fieri po[te]st^v ita tamen ut tam proprietatem quam fructus ad virginem et ordinem pertineat.

Respondeo ad 3. Non ardeo quid addi possit ad id quod Pater Lessius ibi statuit⁵.

Respondeo ad 4. Contractus est omnino validus sicut enim solet promissioni ad maiorem firmitatem addi iura[men]tum^w aut votum ita potest et valide et licite et vero etiam prudenter addi voto addi contractus civilis ob eandem causam: felix necessitas, quae ad meliora compellit. Deinde non video quid sit illa n[ecess]itas aut bonum spirituale quod efflagitet interdum voti vinculum laxari postquam v[irgo]^x quaequam se huic ordini et divinis in eo obsequiis consecraverit: quod idem dici non possit de qualibet vere religiosa. Postremo si relaxatio huius vinculi aliquando necessaria sit ad spirituale bonum causae ut in casu dicitur in eo casu tenebitur Superior etiam relaxare contractum civilem qui de re illicita obligare non potest imo ipso facto cessaret. Interim cum aequum non sit ut cuius cum tentatione aliqua conflictantis voluntati permittatur petere dispensationem voti ab habente potestatem: et discedere absque Superioris voluntate non sine summa confusione rerum et in[con]stantia^y necessarium fuit huiusmodi his imponi vinculum quo communitatis erectae incolumitat[i]^z et facilioribus progressionibus consuleretur in futurum.

Ita censeo salvo meliori iudicio

Andreas Vitus Societatis Jesu Sacrae Theologiae Professor.

Lovanii, 1623 die 3. Augusti

Die Handschrift ist am Rand stellenweise beschädigt. Die fehlenden Buchstaben wurden sinngemäß nachgetragen.

a aus opem / b, c übergeschrieben / d unleserliche Streichung / e, f übergeschrieben / g unleserliche Streichung / h, i-i übergeschrieben / j, k, l schadhafte Stelle / m gestrichen: iudicii / n übergeschrieben / o Ms: in solens / p bis s schadhafte Stelle / t gestrichen: met / u bis z schadhafte Stelle

- 1 Vgl. Dok. 136, 138. Mit Berufung auf das Belobigungsschreiben der Konzilskongregation gab Bischof Blaes von Saint-Omer den Englischen Fräulein in seinem Bistum alle Rechte einer in Entwicklung begriffenen religiösen Gemeinschaft, Dok. 159.
- 2 So in der Fallbeschreibung Dok. 387A
- 3 Mit Recht weist Pater White hier auf die große Verschuldung seines Ordens hin. Das gilt insbesondere für das englische Noviziatshaus in Lüttich, das schwer belastet war. Vgl. dazu AE Lüttich, Couvents, Jésuites Anglais, Registre concernant les Pères Jésuites Anglais. Dieses Register enthält einen großen Teil der Anleihen, die unter Pater Silisdon beglichen wurden. Auch andere Häuser der Jesuiten, wie das in Saint-Omer, kämpften um ihre materielle Existenz, vgl. Foley, Records I, 129.
- 4 Wohl die Genehmigung zu einer Niederlassung in Rom. Vgl. Dok. 408.
- 5 In Dok. 388.

489. P. General Muzio Vitelleschi SJ an P. John Tomson SJ

Rom, 1623 August 12

Erinnert P. Tomson an sein Versprechen, den Befehlen der Vorgesetzten zu gehorchen und sich von den Angelegenheiten der Englischen Fräulein fernzuhalten. Bedauert, dass P. Tomson dem zuwiderhandelt und sogar behauptet, vom General die Erlaubnis zum Briefwechsel erhalten zu haben. Befehl, die über ihn verhängte Briefzensur strikt einzuhalten.

Revidiertes Konzept: ARSI Rom, Anglia 1/I, f. 180rv

Marginal: Gandavum. P. Joanni Tomsono

